



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-592929-p0001-4

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-592929-p0002-0

DFG

357.  
DIVINA FAVENTE GRATIA  
COLLEGI JURIDICI  
DISPUTATIO V.  
*De*  
**DONATIONE  
SIMPLICI.**

*Sub Præsidio.*  
**M. JACOBI BLÜMELI LIPSI-**  
ENSIS J. U. LICENTIANDI

*In Illustri Lipsiensum Academia habenda.*

**CHRISTOPHORO STVBNERO**  
*Gorlicio.*

*4. die Aprilis.*

**ANNO CICLO cXV.**



*Hala-Sakonum,*  
Typis CHRISTOPHORI BISMARCI.



*Amplissimum & Clarissimum*

**DN. M. CHRISTOPHORUM  
STAUDEN REIPUB. GORLIC. AUGUSTÆ  
Senatorem spectatissimum.**


*Dn. Fautorem Patronum & Mecœnatem meum  
suspiciendum colendum.*

**Hoc exercitio saluto**

*Eig.  
Observantia & promptitudinis Testimo-  
nium publ. pono*

*VXe ei cles oiihA*

**CHRISTOPHORUS STUBNER.**



**V**m materia Donationum sit insignis, utilis & non admodum infrequens, placuit de eadem impræsentiarum a agere

a Apuleius in lib. de Deo Socratis ibi: Atq; adeo hic sit impræsentiarum pag. (mibi) ex Editione Joan. à Wouuer 87. idem, ibidem ac omittet cæpta impræsentiarum.

### CONCLUSIO I.

Donatio à dono, quasi doni datio nominata est.

l. senatus 35. §. donatio ff. de mort. ca. don; quemadmodum Novatio à novo. q nova obligatio l. i. in pr. ff. de Novat. Petrus Greg. Tholos. Syntag. lib. 28. cap. 7. no. 3. Schneid. n. s. inst. h. t. Dis. Varro lib. 4. de ling. lat.

### II.

Hæc definiri potest contractus a jurisgentium b nominatus c stricti juris d consensu conslans e quo res aliqua donandi animo f in alterum g confertur.

a Rectè contractus definitur 1. propter l. si quis emtionis 7. in pr. ibi. Ex quocunque titulo sive Donationis, sive alterius contractus, quæ dictio alterius est inclusiva gl. hic, ideoq; Donationem contractum esse evidenter probat C. de prescript. 30. ann. 2. Invatur l. fin. ubi Decius no. 10. C. de pactis ibi: Donationem neq; alium contractum, qua vocula neq; similitudo notatur, teste eodem in l. requirendi 2. C. de serv fugitivis. 3. Confirmatur l. eum qui 22. in fin. h. t. argumento à contrario sensu desumto. 4. Colligitur hoc ex Auth. ut sponsalitia largitas, ubi Imperator ait, quod sponsalitia largitas specialis contractus sit, & paulò pōst subdit, quod non alijs donationibus ea connumeretur Nov. 119. cap. 1. quæ dictio alijs ex sui natura est relativa & repræsentativa

ejusdem qualitatis precedentis c. fin. de pact. in 6. ubi not. per  
Arch. Dd. in l. non solum 39. I. queritur vers. ceteros ff. de pro-  
cur. s. Huc facit Auth. Sacraenta puberum C. si aduersus  
venditionem ubi textus de contractibus puberum ad donatio-  
nem à Doctoribus communiter extenditur, quæ si contractus non  
esset inconvenienter istis accenseretur Riminaldus super Rb. de  
Don. n. 30. 31. & seqq. Tholos. d. lib. 28. cap. 7. no. 5. Heigius ad Rb.  
de donat. no. 7. in Instit. Mozzius tract. de don. in pr. no. 8. Wes.  
no. 2. ff. h. t. Dis. Cont. 1. lib. disp. 12. qui actum: Försterus disp. 10. th.  
2. qui conventionem: Gerhard. decad. 6. th. 7. qui Liberalitatem:  
Cotta disp. 10. th. 23. qui liberalem alienationem: Cramerus disp.  
10. th. 2. qui modum acquirendi generis loco ponunt, alij aliter. b  
Quia apud omnes gentes nullo non tempore usurpata est Nica-  
sius de Voerda ad 9. est & aliud inst. h. t. pag. (michi) 126. 2. & solo  
cōsensu, quod contractibus jurisgentium competit l. origo, in fin.  
ff. de contr. Emt. perficitur l. si 2. I. cum vero 2. ff. h. t. 3. nec non in-  
ter modos acquirendi jurisgentium refertur I. per traditionem  
Inst. de rer. divis. &c. Heig. ad Rb. instit. h. n. 6. Dis. Försterus:  
Don Enucl. s. com. 2. lit. b. Cramerus & alij. c Habuit enim Do-  
natio semper nomen elegans & speciale, quo à reliquis contra-  
ctibus secernitur gl. in Rb. C. de rer. perm. 2. Quia nec olim  
pœnitentia in ea locum habuit, quod secus est in contractibus in-  
nominatis l. si pecuniam s. ff. de condic. ca. data & c. 3. Sicuti Emt.  
venditio est contractus nominatus l. jurisgentium 7. ff. de  
pact. ita & Donatio, quæ ad exemplum istius introducta est l. si  
quis argentum 35. in fin. C. h. t. Jason. ad I. in personam no. 59.  
Instit. de act. pag. (michi) 59. Rimini. ad Rb. no. 27. Wes. in ff. n. 2. h. t.  
Dis. Bl. in Rb. de rer. perm. & multi alij à Rim. relati d l. eum  
qui 22. ff. h. t. I. actionum inst. de act. Tholos. d. lib. 28. c. 7. no. 5.  
Wes. no. 3 ff. h. c 1. I. perficiuntur inst. h. t. ubi Sneid. Mynsing. &  
reliqui Dd. communiter: 2. juratur l. hoc jure 19. I. non ff. eod.  
juncta l. nec ignorans 10. C. d. t. f Necessario Donandi animus re-  
quiritur.



quiritur. *Donationis* enim nomen per se non facit donationem,  
sed mens dantis & accipientis Dn. Heigius ad pr. no. 10. Inst. h.t.  
Hinc quando alia conjectura capi potest, in dubio donatio non  
presumitur. verius 12. & l. cum de indebito 25. in pr. ff. de prob.  
Lipsienses Consult. const. Sax. part. I. de contract. pag. 147. Adeo  
quod actus potius invalidus estimetur, quam presumatur do-  
natio l. si non. si falso ubi Br. de cond. indeb. Gravetta conf. 142.  
n. 26. g Quia nemo sibi dat c. fin. de Inst. ap. Greg. 2. quia *Dona-*  
*tio est αλόγον αγάδον*, quod erga alterum exercetur.

### III.

Sunt autem duæ præcipuæ *Donationis* species, a Vna  
simplex b altera relata c

a l. aliae h.t. ubi Schneid. n. 6. Heig. n. 4. Tholos. d. c. 28. n. 6. Et d.  
Nicasius de Voerda. b De qua in hac disputatione, de altera in se-  
quenti D. f. agam. Vocatur simplex a. etiam vera & absoluta,  
alias propria, directa, mera, item non mortis causa d. l. Senatus 35.  
& l. donatio 25. C. h. t. c Quæ Conditionalis, impropria, causalis,  
mortis causa donatio dicitur l. alienatum 76. l. *Donationis* ver-  
bum ff. de U.S.

### IV.

Omnes, qui liberam rerum suarum administratio-  
nem habent, a & vel natura vel lege non prohiben-  
tur donare possunt. b

a l. filius familias 7. ff. h. t. l. hec ratio 35. si servus 8. ff. de don. inter  
vir. & uxor. Dd. in l. 2. Inst. h. t. b. arg. l. mutus 43. l. ff. de procur.  
l. cum prætor 12. ff. de jud. l. l. l. 1. ff. de testibus.

### V.

Natura donandi facultas adimitur infantibus a, mu-  
tis & surdis b furiosis c mente captis d senibus qui  
pueri effecti sunt e



a l. pupillus ii. ff. de adq. rerum dominio. Carent quoq; intellectu,  
nec ubi, quo tempore, & quomodo liberalitas exercenda sit scire  
possunt. b His enim bonorum administratio denegatur, & con-  
sequenter donatio. Cui accedit, quod loquendi & scribendi facul-  
tate priventur c l. Julianus 10. ff. de Curat. fur. ubi Dd. d l. Mo-  
destinus, 23. in fin. h. t. e l. Senectus 16. C. Eodem.

V.I.

Lege donationis titulo in aliquem conferre prohi-  
bentur Tutor Curator Administrator & Procurator  
b qui delinquendi & fraudem committendi animū  
habet c, minor res immobiles d is cui bonis interdi-  
citur e mulier res dotales f non tamen parapherna-  
les g & deniq; filiusfamilias.h

a l. non omni 16. C. de adm. tut. Administrare enim bona, non ea  
donare quod est perdere & dilapidare d l. filius f. 7. debent. Exce-  
pto tamē. Principis tutor, qui recte donat, si pro modo quem prin-  
ceps obseruare solet, munificentiam exercet; hujus enim perso-  
nam teste Jasone in l. pactum 22. C. de pact. repræsentare dicitur  
b l. in edibus 9. I. quod filius 2. ff. h. t. Nisi hoc specialiter ei manda-  
tum, & persona veluti Sempronij nominata sit argumento l. qui  
56 ff. de solut. 2. qui ita donat, jussu & voluntate Domini donare  
existimatur c. q quis 82. de R. juris in 6to. c. Quod n. in fraudem  
legis fit, ipso jure corruit l. sed si 14. I. pen ff. qui & à quibus ma-  
num. Ac ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta non solum  
pro inutilibus, sed etiam pro infectis habentur teste Moller lib. l.  
Semestr. cap. 6. d l. 2. ut not. Duar. C. si adversus Don. l. l. ff. de min.  
ubi dicitur eorum judicium esse infirmum, & fragile, multis ca-  
ptionibus suppositum, multorumq; insidijs expositum: Hinc fa-  
cile si donare eis liceret, patrimonij sui vires exhaustirent, & ad  
egestatem inopinatam pervenirent. Huc facit, quod bona aliena-  
re nequeant, nisi judicis decretum l. lex 22. C. de adm. int. interve-  
niat



niat. Mobiles tamen si curatorem non habent, donare possunt. 2. Inst. de cur. Si enim eas administrant, non planè judicio infirmo censentur Schneid. d. S. e. Qui & huic administratio bonorum interdicta est l. is cui ff. de V. O. ac mentis defectu laborare dicitur. l. his qui 12. in fin. ff. de tut. & cur. & c. Schneid. no. 49. h. t. s propter l. Juliae prohibitionem t. t. ff. & C. de fundo dot. Sic jure Saxonico nec Uxor sine consensu mariti res suas alteri donare potest, cum sit in tutela Mariti Landrecht lib. 1. art. 45. ubi dicitur. Ein Weib mag ohne ihres Mannes willen nicht ihr gut vorgeben, darumb daß er mit ihr in der Gewehr sitzt / denn Mann und Weib haben kein gezweyet Gut Landrecht art. 31. lib. 1. Excipiuntur tamen virgines & vidua, que licet tutores habeat, tamen recte donant Landr. lib 1. art. 45. Schneid. d. S. no. 49. Non autem morbo laborantes: Dann kein Mann oder Weib kan in ihren Siechbett ohne der Erben laube / ihres Gutes ichtes übergeben über 5. Schilling wert. Weichbild art. 65. Sonsten aber so viel er über das Bettbreth reichen mag. gl. in d. art. g. l. velles 6. ubi Bl. C. de revoc. Don. l. hac lege C. de pact. conv. Cynus in l. si prædium C. de jure dot. h. Quamvis liberam peculij administrationem hebeant, nec enim adhac ei cōceditur ut perdat d. l. 7. Sec⁹ est si in voluntate patris donet, vel sit senatoria, aut alterius dignitatis prout textus in d. l. loquitur: Ut & tunc quando Castrense, vel quasi castrense peculium habeat, in quo vicem patris familiias obtinet per vulg.

## VII.

Vtrum verò Conjugalis Donatio valeat, gravis est controversia. Nos eam prohibitam asserimus.

1. Ne mutuato amore conjuges in vicē spoliarentur donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate abutentes. 2. Conjugalis concordia pretio conciliari videatur, qua tamē solis animis non donationibus estimanda, & cuiq; lucro preferenda l. reprehendendas. de inst. & substit. 3. Si carata esset, tunc donans pauperior



perior ex sua liberalitate, percipiens verò dicitur fieret c. fin. x. de  
don. inter vir. & ux. Hinc obiter colligo, quod marito ab uxore  
donatio adipiscendæ dignitatis gratia facta, pro quantitate ad  
eandem consequendam necessaria, jure valeat 1. Quia hoc mo-  
do uxor inde locupletior cum dignitatis & honoris mariti parti-  
ceps efficiatur, fit l. fæminæ 8. ff. de senat. Idem in ijs, quæ à mari-  
to uxori emtionis causa veluti pro usu rei domesticæ comparan-  
do, vel ut honestius culta ad se deduceretur, quippe sua caussa po-  
tius donasse præsumitur l. si ut s. §. interdum 10. ff. commod. vel  
simili causa, donata sunt, statuo Gayl. 2. obs. 38. & Myns. 2. obs. 33.

### VIII.

Nisi morte confirmetur, a vel jurisjurandi religione  
salvetur b

a propter l. cum hic status 32. §. si 18. & §. si spōsus 22. & l. si stipula-  
ta 33. in pr. ff. de don. inter vir. & ux. l. 25. C. eod. Coras. s. mis. c. 1.  
Nec refert an à rei traditione, vel ejusdem promissione incipiat;  
Si enim traditio semper necessaria esset, utiq. leges ubiq. tandem  
exprimerent, cuius tamen contrarium ostendi potest, prout ele-  
ganter Faber 2. Conject. 8. demonstrat. Huc facit, quod leges gene-  
raliter & indistinctè loquantur, proinde generaliter & indistin-  
ctè exaudienda sunt l. item 15. §. hoc 26. ff. de injurijs, l. de pretio 8.  
ff. de publ. in rem actione. Dis. Bl. b. 1. Quia dispositio Iuris civilis  
non attenditur, quando juramentum citra dispendum salutis  
æternæ servari potest c. cum contingat x. de jurejurando. 2. Ju-  
ramentum efficit ut actus omni meliori modo quo potest, etiam si  
absq. juramento non valuerit, valeat Jason in l. si insulam n. 35.  
ff. de U. O. & in l. convenit n. 8. ff. de Iuris d. omnium Iud. junct. l.  
cum pater §. filius matrem ff. de leg. 2. Cui accedit, quod jurans  
actum deliberatè & non leviter vel quadam facilitate facere in-  
telligatur c. ex rescripto de jurejur. Modest. Pistor. p. 1. constit. 42.  
n. 12. Et contra juramentum interpositum venire alias pericu-  
sum sit c. ex literis de spons.

Nec



**IX.**

Nec inter patrem & filium durante patria potestate  
donationem subsistere afferimus.<sup>a</sup>

a l. cum in bonis 11. C. de don. l. donationes 25. C. de donat. inter vi-  
rum & uxorem l. donationes 31. I. pater 2. ff. eod. l. 2. in sin. ff. pro-  
herede, & l. 1. I. 1. ff. pro donato l. in suis 11. ff. de lib. & post h. Proba-  
tur quoq; ita. Quod pater & filius in sacris constitutus pro una  
habeantur persona l. fin. C. de impub. & alijs substit. I. ei vero  
inst. de inut. stip. l. cum scimus 22. C. de Agric. & Cens. iam ne-  
mo sibi donare potest th. 1. lit. g. cum debeat esse distinctio inter  
dantem & accipientem l. 1. ff. de aut. tut. hoc vero modo id quod à  
patre filio datur ad ipsum recta vi aredit; Quicquid insuper fi-  
lius querit, patri acquirit per vulg.

**X.**

Nisi similiter morte silentioq; patris, a vel juramento  
corroboretur.<sup>b</sup>

a Perseverantia enim & silentium usq; ad mortem facit, ut con-  
valescat donatio l. 31. I. 2. de don. l. 2. C. de inoff. don. 2. Quia hoc  
casu cessat causa ob quam donatio inter has personas prohibita  
est, cessabit igitur quoq; effectus nempe jus patriæ potestatis Br.  
in l. frater à fratre n. 57. ff. de conduct. indeb. Schneid. n. 79. h. t.  
Gayl. 2. obs. 38. b juramentum enim est res spiritualis cum I. Lai-  
cus de foro competenti, & animæ vinculum, quod ne patriæ po-  
testatis ratio habeatur, efficit 2. Quia haec personæ naturaliter in-  
vicem obligantur l. frater à fratre ff. de conduct. indeb. quæ obli-  
gatio vii juramentitalem efficaciam excitat c. quam vis de pact  
ut aliquid majus, ne sit frustratorium l. si quando 109. ff. de leg.  
operetur. Imò tanta hujus vis est, ut pater non sibi, sed filio dona-  
re censeatur Fach. 3. cont. 77. Gayl. 2. obs. 38. n. 8. & seq.

**XI.**

Porrò non solum benè merentibus amicis, a sed etiā

B igno-



ignotis & extraneis b honestis & in honestis personis  
c presentibus & absentibus d rem ratam & gratam  
habentibus donari potest. e

a l.affectionis s. de Don. l. donationes 32. Eod. Petr. Greg. Tholoff.  
lib. 28. cap. 9. n. 6. Bocer. disp. 22. de don. b l. in Extraneos 29. C. h.  
t. Bocer. d. th. c puta meretrici, cui donari potest l. Donatio-  
nes in concubinam 31. h. t. & recte: Affectio enim potius dantis  
quam persona cui datur consideranda est, neq; meretrices quia  
turpiter vivunt, ideo turpiter accipere videntur l. idem 9. sed 3. ff.  
de cond. ob turp. Excipimus tamen militis focariam l. 2. C. de don.  
inter vir. & uxor. l. miles ita heredem 9. mulier ff. de milit. test. l.  
mulierem C. de his quib; ut indig. Quae an recte ad Clericos,  
quibus concubinas penes se habere interdicitur l. eum qui C. de  
Epis. & Cler. & Advocatos, qui militare dicuntur l. Advocati.  
14. C. de adv. Div. Jud. extendatur, disputatio edocebit. d l. ab-  
senti 10. & l. etiam l. nec ambigi l. C. h. t. c. si tibi absenti re prab.  
in 6. c. l. si vero 8. l. sed et si de bon. lib. 2. Invito enim beneficium  
non datur l. in vito 69. de R. l.

## XII.

Res quoque cum corporales, tum incorporales, cum  
mobiles tum immobiles modo sint donantis pro-  
priæ donari possunt. a

a d. l. in adibus h. t. vide l. 1. ff. de adil. Edicto l. 3. C. de serv. & aqua  
l. pen. C. de Iur. dot. Bocer. d. disp. th. 8. Coler. disp. 7. th. 8.

## XIII.

Vtrum verò Donatio omnium bonorum valeat du-  
bia est quæstio. Nos affirmantibus subscribimus.

1. Quilibet enim rei suæ moderator est l. in re 21. C. mandati. Et  
hoc nisi effet ex Dominis non Domini efficerentur quod absur-  
dum.

dum. 2. Quia sicuti invitis nobis res nostras alius retinere non  
debet l. si ego. §. i. ff. de jure dot. l. si filius. 25. §. maritum ff.  
soluto matrimonio: Ita nihil tam conveniens est naturali aqui-  
tati, quam voluntatem Domini rem suam in alium transferri  
volentis ratam haberi. 3. Expressè probatur l. si quis argentum  
35. §. sed & 4. vers. veletiam totius, & §. si 5. vers. vel totam sub-  
stantiam C. de don. l. omnes 17. §. i. ff. quæ in fraud. cred. l. si to-  
tas 5. C. de inoff. Don. Gayl. 2. obs. II. no. II. Dn. Arumæus Ex. 6.  
th. 15. Coras. 6. miscell. 17. Vand. 1. q. 3. Hoen. 6. th. 18. Dis. Br.  
imola, Castr. & Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de  
U. O. Bl. Fulgos, & alij in fin. C. de pact. Schneid. in §. 2. n. 68.  
h. t. Fachin. 6. controv. 87. Rim. pr. Inst. de don. n. 30. Bonis annu-  
merantur actiones l. si legatus 30. §. si quis i. ff. ad SCtm. Trebell.  
l. i. §. i. ff. quorum bon. l. item 20. §. ait 7. ff. de pat. hered. Sic bona  
cum futura tum præsentia donari posse putamus l. ult. C. quæ  
res pig. oblig. Licet enim apud nos incerta sint, tamen quia  
per rerum naturam certa sunt nec obligationem morantur §.  
conditiones 7. Inst. de U. O. Hart. Pist. quest. 20. p. 1. Coras. &  
Vand. dictis locis. Dis. Fach. 6. controv. 89. & seqq. Schneid. in §.  
2. no. 90. & 91.

#### XIV.

Cæterum perficitur Donatio vel traditione a vel nu-  
da promissione b sive eam donator in scriptis, sive  
sine scriptis c, idque verbis d seu literis e manifestet,  
ita tamen ut si donationis summa quingentos soli-  
dos f exsuperet, actis insinuetur, alias ea omissa  
quoad excessum corruit, g nisi jurejurando firma-  
ta sit, h.

B . 2

a l.s.



a.l.s.C.de contrah. stip. b Ex nova Justiniani constitutione l. je  
quis argentum 35. C.h.t. ubi donator ad rem tradendam obliga-  
tur 5.2. Inst. h.t. ubi Dd.c Scriptura enim non est de Essentia dona-  
tionis, ea enim probationem rei gestae continere solet l. contrahi-  
tur 4. ff. de pig. & hyp. ac hinc perpetua dicitur Zas. in l. cum lex  
22. no. 4. ff. de ll. jung. l. pactum 7. C. de pact. l. 19. C. de fide Inst.  
l. 4. ff. eod. d veluti si donator dicat dono tibi hanc rem e puta si  
præsenti suam donationem scripto vel absenti per Epistolam,  
vel nuncium declaret l. si donatio s. cum l. seq. C.h.t. gl. in 6. eod. f.  
Solidus pro aureo communiter accipitur teste Myns. Inst. h.t. n. 7.  
& 8. g propter l. 24. in pr. & seq. C.h.t. Nov. 162. 2. quia super-  
flua quasi non scripta habentur c. utile de R. l. in 6to. l. sancimus  
34. 5. fin. C.h.t. Gayl. 2. obf. s. no. 8. h Quia juramentum quod  
non vergit in dispendum salutis aeterna servandum c. cum con-  
tingat ex. de jure jur; quia est religionis species c. Etsi Christus d.  
s. cui omnino standum, ne via perjurij concedatur. Cui accedit  
nonnullam turpitudinem contineat, neq; bonis moribus Iuris Ca-  
nonici, ut nec publicæ utilitati, quemadmodum in alienatione  
fundi dotalis pacti de non succedendo & similibus videre est te-  
ste Gayl. 2. ob. 39. & Fachin. 3. cont. 83. Facit huc, quod cuilibet li-  
ceat ijs quæ pro se introducta sunt, renunciare l. pen. C. de pact.  
l. pactum 46. ff. eod.

## XV.

Est autem Insinuatio summæ donatæ apud judicem  
facte publicatio, ut actis b (quæ sunt scripturæ co-  
ram iudice facte) intimata plenam fidem habeat. c

a l. illud 19. vers. actorum ubi gl. C. de SS. Eccles. l. acta ubi gl. &  
Dd. de re Jud. Facit hæc insinuatio, ut donatio effectum suum  
sortiatur in alio loco, ubi bona extra territorium sita sunt. l. in  
bac 30. ibi quocunq; positarum C. h. t. b l. in hac & l. 32. & 34.  
Gayl. 2. obf. 39. Menoch. conf. 84. n. 50. Gayl. D. obf.

Effe-



## XVI.

Effectus Donationis sunt. Quod donator de Evictione rei donatæ non teneatur, a nisi stipulatione ea promissa, b vel dolo malo res aliena donata sit, c

a, Ne liberalitatis sua pœnam patiatur l. ad res donatas 82. ff. de Edil. Edicto. & ne officium donatori sit damnosum l. sed si quis 7. ff. qmd. test. aper. l. si se unus 9. quod verò in fin. ff. de furt. Arum. decis. 4. lib. 1. n. 4. Hart. Pist. lib. 2. quast. 10. n. 17. Caballinus in tractatu de Evictionibus 9. non dubitandum 4. pag. (mihi) 158. Nec refert an à traditione vel promissione incipiat, nullo enim casu, Evictionem præstare cogitur. Facit quod hæc distinctione legibus expressa non reperiatur. Imò contrarium ex l. 2. C. b. t. induci potest. Insuper constitutione Justiniani cavetur, ut sicut venditor, ita & donator rem tradere cogitur, qua tradita legi sat is fit, & per consequens ea evicta, donator Evictionis nomine conveniri nequit, cum lege haut præcipiatur. Dis. Caball. d. 9. n. 3. 4. & s. b. Quia contractus ex conventione legem accipiunt l. 1. 9. si conveniat ff. depos. Boer. decis. 33. n. 26. & tunc jure Civili actio nascitur 9. nascitur inst. de act. Goed. ad l. 90. no. 7. de V. S. c. l. Aristote 18. in fin. b. t. l. si 22. de V. O.

## XVII.

2. Quod rem tradere cogatur a 3. conventus non in solidum, sed in id tantum quantum facere potest, condemnetur b 4. nec ex pœnitentia res donata à donatore revocari possit, nisi certis de causis.

a l. 55. ubi Dd. l. 12. b. l. Nov. 162. c. 1. vers. & sancimus, ad quam conditione ex lege cogitur Wef. d. Nov. n. 7. l. 18. ubi Dd. b. t. b. l. 12. & 33. l. inter eos 19. 9. ult. ibi: Nec totum quod habet extorquendum ei puto, sed ne egeat. c. l. qui 24. b. t. l. 8. & 10. C. eodem.

## XVIII.

B 3

Vt



Vt sunt i. Donatarij ingratitudo, a quæ in quinq; non  
pluribus b causis consistit. c

l. ult. C. h. t. Æquum enim est ne sit cuiq; licentia & alienas res  
capere & frugalitatem donatoris irridere, & doni datorem dam-  
no rerum suarum & injuria afficere. 2. Iniquum esset, pro be-  
neficijs acceptis ingrati animi notam incurrere, cum magis Eos  
ad obsequia collata liberalitas inclinare, quam ad insolentiam,  
erigere debeat l. Et si h. t. aut sunt si injurias atroces in eum  
effundat. 2. si manus impias & violentas illi inferat. 3. Si vita  
eius insidietur. 4. Si gratae damnum substantia donatoris im-  
ponat. 5. Si legem donationi appositam non impleat l. 9. 10. h. t. l. si re-  
petendi C. de cond. ob causam. b i. Si enim plures admittenda  
essent, non opus fuisset speciali earundem Enumeratione: 2. Ex-  
primitur dictione TANTUMmodo, que limitatoria & alio-  
rum casuum non expressorum exclusiva Rauchb. 2. lib. quast. 27.  
no. 32. Moll. lib. 1. Semestr. c. ult. n. 9. Dd. in l. 1. ff. si quis jus dic.  
non obtemp. 3. per c. odia d. R. I. in 6. Hic incidenter colligo Do-  
nato rem his minimè renunciare posse: Esset enim talis renuncia-  
tio contrabonos mores l. pacta o. C. de pact. Ea vero quæ bonis  
moribus, honestati contrariantur, vel famam & opinionem la-  
dunt, ea nec nos facere posse credendum est l. filius 15. ff. de con-  
dit. & demonst. l. testis 23. 9. vestimenta ff. de auro & leg. l. in eadē  
10. ff. Ex quib. caus. maj. Et licet ista contra legem acciperetur,  
tamen per leges dissolveretur.

## XIX.

### 2. Supervenientia Liberorum.

Nam si patronus, qui liberos non habet, donationis titulo in li-  
bertum bona sua omnia confert, & postea liberos suscepereit, to-  
tum quicquid donatione largitus fuerit, revertatur in ejusdem  
ditione mansuram inquit Imp. in l. si unquam 8. C. h. t. Videtur  
enim ea conditione tacite si sine liberis decessurus sit, illa donasse,  
& ob



Et ob supervenientiam liberorum revocaturum, nec verisimile est, quod liberto donasset, si de liberis cogitasset l. avus 102. ff. de condit. & demonst. Sic ea mente libertus hæc accipere præsumitur, ut liberis natis restitueret. Utrum vero d. l. si unquam 8. tr. de revoc. don. in quovis Extraneo locum habeat, magna est inter magni nominis viros disceptatio? Nos negativam tanquam juri veriorem defendimus. 1. Quia est speciale quid in Patrono, quod non generaliter extendendum est 2. per can. ult. ibi in potestate habeat Episcopus 17. q. 4. 3. Huc facit quod verba secundum subjectam materiam (puta de patrono & liberto) sint intelligendal. si uno ff. Locati, & ad illa restringenda de quibus cogitatum est l. qui cū 9. l. ei qui 3. ff. de transact. vid. Don. ad l. 8. n. 18. Tiraq. ibidem Fab. 7. conject. 14. & 15. Dis. Cujac. 20. obf. s. Fach. 3. controv. 85. Myns. 5. ob. 63. Bronch. 3. ass. 74. An verò huic legi renunciari possit dubitatur? Nos cum Fachin. 3. cont. 64. Gayl. 1. obf. 40. no 15. & Myns. 5. obf. 63. n. 6. in negativam inclinamus.

XX.

3. Et in officiosa Donatio. Si enim à parente contra naturæ officium uni ex liberis ultra dodrantem, vel ultra bessem, aut semissem donatum est, vel tota substantia impetu quodam immodicæ profusionis in Extraneum collata est, potest ea donatio querela in officiosi ausque ad legitimam revocari. b

vid. Gayl. 2. obf. 38. & 116. a l. 2. 4. & s. l. si mater 7. l. si liqueat. 8. C. b. t. b Cujac. 5. obf. 14. Mozz. quomo. annull. don. no. 91. Bocer. c. 3. n. 27. Et hæc de Donatione simplici.

F I N I S.



περσφώνησ

Ad virum Humanissimum,

Dn. CHRISTOPHORUM STÜBNERUM, amicum  
suum de Donationibus disputantem,

M. Joan. Fausti Silesi.

V Oraginosos expectis cur vortices  
STÜBNERE Disputationem ? an es  
Pedisseque submersionis nescius ?  
Nullus puto. Sed nota quamvis sit tibi  
Ista, attamen potestur haut abducere  
Te, quin adites vortices hosce impavidè  
Emersionis est tibi sat cognita.  
Via & Duci BLUMELIO tuo, Dic  
Opes sacrati cui credidit duplicitis  
Juris. Solutione docta & à tereti  
Omnes, abibunt indubij tua, solent  
Quocunque castigare vestra themata.

¶¶¶¶

Ad politiss. Dn. RESPONDENTEM Fautorem &  
Contubernalem optatissimum.

S Ic ad Fame arcem recto pede tenditur : Ornas  
Doctrinam mentem, & prælia docta subis.  
Macte tua virtute : alio sub Sole calentes  
Dein Academias cernere cura siet.  
Sic te prudentem facient auditæ, visaq;  
Et Patriæ fies gloria magna Tua.

M. JOHANN. Hartraufft.



Leipzig, Diss., 1593/1619

ULB Halle  
004 954 793

3



VDTZ



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-592929-p0020-0

DFG

# FarbKarte #13

